

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cosmographia**

**Ptolemaeus, Claudius**

**Ulm, 1486**

Sexta Europe tabula - [Karte]

[urn:nbn:de:bsz:31-51374](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-51374)

Handwritten marginal notes in Latin at the top of the page, including a reference to 'SEXTA·EVRO'.



milīa · 88

86

85

83

82

81

milīa · 87

80


39

LIGVSTICVM·PELAGVS

MARE·TIR

MARE·SARDOVM

SARDINIÆ·PARS



10. p. pontu.  
 Dist. hō 3. 1/2.  
 hīs die m. a. i. o.  
 hō. 14. 1/2.

Clima  
 sextum.

17. p. b. i. n. d. i.  
 Dist. hō 3. 1/2.  
 hīs die m. a. i. o.  
 hō. 14. 1/2.

12. p. i.  
 hīs die  
 hō 14.

Clima 4.

11.  
 dies  
 hō. 14.  
 1/2.

·EIVM

·ADRIATICVM·


·SICILIE·INSVLE·PARS·

·SINVS·ADRIATICVS·

·Illyris sine liburnie pars atq. dalmatio

·Pannonie superioris pars·

·Pannonie inferioris ps



ADRIATICVM

MARE ADRIATICVM



**D**LVRIME SVNT re-  
giones que quidem sin-  
gule singulis rebus ex-  
cellere videntur. Nam  
thus sola arabia gingi-  
nit. Balsamum nusq̄ ni-  
si in Iudea legitur: ex india ebur prouenit.  
Item aliud ab alijs nationibꝫ accipimus. Ve-  
rum si exactissime cūcta iudices: inuenies p̄-  
fecto Italiam omnibus esse iure preferendā.  
Nam si priscos in illa reges commemoros il-  
lustrata est saturno ianoqꝫ regibus: quoruz  
alter non modo colendorum agrorum: ve-  
rum etiam multarum aliarum rerum discipli-  
nam tradidit. Ianus autē sacra ceremonias  
qꝫ summa erga in mortales deos pietate e-  
docuit. Fuit semper adeo in re militari pre-  
potens italia: vt nullo vmq̄ tempe sine sple-  
dido imperio extiterit. Non minime enim  
vmbrosorum opes fuere: vmbri successerunt  
tirreni: quos vnuerse Italie imperitasse id  
maxime declarat qđ superū mare ab adria  
illorum colonia adriaticum: inferum vero a  
gente ipsa tirrenum est nuncupatum. Post  
etruscos imperium latini susceperunt quod  
quale quantumqꝫ fuerit omnes norunt. Sed  
nullus quidem in ea populus fuit: quin ali-  
qua re excelluerit. Quid enim calabro appu-  
loqꝫ affluentius. Quid campano nobilius.  
Quid sannite extitit populosius Sabinis se-  
ueritas atqꝫ sanctitas maxima fuit. Etruscis  
nihil quod ad religionem pertinet defuit.  
In liguribus maxima apparuit laborum di-  
ficultatumqꝫ omnia pacientia Sed hec de ho-

minibus. Situs autem loci: quid aut ad salu-  
britatē accomodatius: aut ad omnes vtilita-  
tes aptius: aut ad voluptatem amenius po-  
test excogitari Celum enim huiusmodi est.  
vt neqꝫ nimia subtilitate corpora extenuet:  
neqꝫ nimia crassitudine illa corrumpat. At-  
qꝫ inter frigus caloremqꝫ ita temperatum est  
vt verissime dixerit poeta. Hic ver perpe-  
tuum atqꝫ alienis mensibus estas. Habet p̄-  
terea duo maria superum vt dixi & inferum  
per que creberrimis atqꝫ tutissimis portubꝫ  
quecunqꝫ humano generi vsui sunt impor-  
tari exportariqꝫ licet. Habet etiam flumina  
lacusqꝫ nauigabiles atqꝫ piscosos: & cum col-  
les arboribus: campi segetibus vestiantur.  
Tamen perpetuus est appenninus mons qꝫ  
Italiam diuidens: tum ac distinctione pul-  
chritudinem afferat: tum e siluis lignorum  
materiam in omnium vsus affatim prebet.  
Hanc igitur regionem cum hjs rationibus  
quas dixi tum maxie quia gentibus & olim  
propter romanorum monarchiam & nunc  
propter apostolicam sedem semper caput  
fuit. Obmissis nationū nominibus que nūc  
a ptolemeo recitata sunt ad nostra tempora  
ciuitates oppida lacus marinas portus &  
montes nomina etiam fluminum & eorum  
ortus loca quoqꝫ montuosa & campestria  
vna cum insulis sibi adiacentibus vt intueri  
fas est diffusius describere censui: nihil in  
hjs que ab auctori libri huius dimensione  
certa ac ratōe verissima obseruata sunt trāf-  
grediendo.